



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XI. Markgraf Albrecht schenkt dem Capitel zu Havelberg die Dörfer Borch und Cowal, im Jahre 1208.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

XI. Markgraf Albrecht schenkt dem Capitel zu Havelberg die Dörfer Borch und Cowal, im Jahre 1208.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Albertus dei gratia Brandenburgensium marchio. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod ego albertus dei gratia brandenburgensium marchio, inter principes terre, more floris mane virentis, vespere arefcentis et in pulverem suum revertentis, In vana conuersione constitutus, terrena celestibus, temporalia eternis commodis preferenda esse (sic) fide cordis credo et verbis oris affirmo. Proinde havelbergensem ecclesiam, Parentum meorum, Alberti videlicet et Ottonis, fratrumque meorum Ottonis et Henrici studiis optimis promotam, et eorum elemosinis in collatione prediorum copiose fatis ampliatam, devotione paterna, quasi debito hereditario ad me transfusa, quantum potero consolari et fouere inuigilabo. Inde est, quod expedita deuotione duas villas, Borch et Cowale, sibi contiguas in Burchwardo havelbergensi, beate Marie in havelberg sanctoque Laurentio, ad comparanda mihi celestia pro terrenis, obtuli, quatenus ibidem defervientes eas cum omni iure possideant, et de proventibus earundem villarum et omnium eis attinentium agrorum, pascuorum et nemorum consolationem consequantur, eo quod pro benefactoribus suis tam uiuis quam defunctis iugiter intercedere teneantur. Accepimus etenim securitatem huius donationis ex privilegiis Henrici bauenbergensis et conradi regis et friderici imperatoris, qui predictam ecclesiam in hunc modum privilegiaverunt, ut princeps marchiam tenens, de possessionibus ad Imperatoriam dignitatem pertinentibus ecclesiam havelbergensem sublimare, et deo ibidem seruiendum stipendia possit ampliare. Ne igitur ullus hominum predictam ecclesiam in predictis villis molestare presumat, presentem paginam sigilli nostri impressione munivimus. Huius donationis testes sunt Sigebodo, eiusdem ecclesie Episcopus, Engelbertus Prepositus, Weseelinus prior cum toto fratrum suorum collegio. De Laycis vero Henricus Comes de Zvirin, Tidericus dapifer, fridericus Advocatus, Tidericus miles de Osteburg (sic), Selavi nobiles Henricus, Prizzlauiz, Pribbezlauz et andreas fratres, Item milites Reinherus et fridericus fratres de Hindenburg, Bodemerus miles, conradus miles et alii quam plures. Acta sunt hec havelberg VIII. id. Julii Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. VIII^o. in domino feliciter, Amen.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Königl. Geh. Cabinets-Archives Bl. 5. Fehlerhaft abgedruckt bei Buchholz a. a. D. S. 45. 46.

XII. Der Markgraf Albrecht bestätigt dem Bisthume, Capitel und der Kirche zu Havelberg, alle Verleihungen seines Vaters und Großvaters und legt dem Bisthume mehrere neue Bestuhungen in der Altmark bei, im Jahre 1209.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Albertus Dei gratia Brandenburgensis Marchio. Si in his, que nobis temporaliter diuina largiri dignata est clementia, Ecclesiasticis providere studuerimus utilitatibus, creditum quidem et debitum Deo restitimus, insuper magna pro paruis lucrifacimus, et coelestia pro temporalibus sperare, et pro transitoriis in perpetuum valitura, coelesti sic remunerante gratia, poterimus efficaciter expectare. Inde est, quod ad exhortationem et instantiam dilecti nobis in Christo Segebodonis, Havelbergensis Episcopi, ob spem perpetue retributionis, Ha-